

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

Et cum uideatur difficile esse  
quod iubeo. adiubentem recurrere.  
ut unde datur. praeceptum. pres-  
tetur auxilium. Non negabo  
opem. qui tribui uoluntatem.  
Ieiunate ab aduersis. abstinete  
a contrariis. ego sum cibus uester  
& potus. Nemo quae meae sunt  
inefficaciter concupiscat. qui  
enim ad me tendit. ex mei parti-  
cipatione me quaerit. His  
dilectissimi cohortationibus qui-  
bus uos ad bona incommutabilia  
& ad gaudia inuitat aeterna ple-  
nae sunt omnes diuinarum pagi-  
ne litterarum. & hoc nobiscum  
agit testamenti utriusque doctri-  
na. ut in heremus ueris & conti-  
neamus auanis. Non enim ad  
prehendi potest quod promitti-  
tur. nisi custoditum fuerit quod  
iubetur. Quia autem iustus.  
quam ut homo cuius fert imagi-  
nem. faciat uoluntatem. & per  
abstinentiam cibi. ieiunet a lege  
peccati. Ideo enim ipsa continen-  
tiae obseruantia. quattuor est  
ad signata temporibus. ut in id  
ipsum totius anni redeunte  
decursum. cognosceremus nos inde-  
sinenter purificationibus indi-  
gere. Semperque esse intendu-  
dum in huius uitae uarietate  
iac tremur. ut peccatum quod

fragilitate carnis & cupiditatum  
pollutione contrahitur. ieiunus  
atque elemosinis deleatur.

Esuriamus paululum dilectissimi.  
& aliquantulum quod uiuandis  
possit prodesse pauperibus. nostrae  
consuetudini subtrahamus.

Dilectio proximi. dilectio dei est.  
qui plenitudinem legis & prophe-  
tarum. in hac geminae caritatis  
unitate constituit. ut nemo am-  
biget & deo se offerre. quicquid  
homini contulisset. dicente domino  
saluatore. cum de alendis uiuan-  
disque pauperibus loqueretur.

Quod uni horum fecistis. mihi fecistis.

**ITEM IN EODEM DIE SAB-  
MENSIS SEPTIMI.**

**LEC SCAI IUA SIC IUCAM.**

In illo tempore. Dicebat ihesus tur-  
bis similitudinem hanc. Arbo-  
rem fici habebat quidam plan-  
tatum in uinea sua. & cetera.

**LXXXVI OMNIA BEATI GREGORII  
PAPAE DE EADEM LEC-  
TIONE.**

**D**ominus & redemptor  
noster per euange-  
lium suum. aliquan-  
do uerbis loquitur.  
aliquando rebus.

Aliquando aliud uerbis. atque  
aliud rebus. aliquando autem  
hoc uerbis quod rebus.

Duas & enim res ex euangelio fratres audistis: ficulneam infructuosam. & mulierem curuam: & utriq; reiecit pietas impensa.

Illud autem dixit per similitudinem: istud egit per exhibitionem.

Sed hoc significat ficulnea infructuosa. quod mulier inclinata. & hoc ficulnea reseruata. quod mulier erecta. Dominus uinea tertio uenit ad ficulneam. & fructum minime inuenit. Et mulier quae erecta est. decem & octo annis fuerat curua.

Hoc autem decem & octo annorum numero signatur. quod tertio dominus uinea ad infructuosam ficulneam uenisse perhibetur.

Quia igitur praemittendo summam tota perstrinximus. iam per lectionis ordinem singula disseramus.

Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea: & uenit quaerens fructum in illa: & non inuenit. Quid arbor fici nisi humanam naturam signat. quod mulier inclinata. nisi eandem naturam significatio denuntiat. Quae & bene plantata est sicut ficus. & bene creata sicut mulier: sed in culpani propria sponte lapsa. neq; fructum seruat operationis.

neq; statum rectitudinis.

Ad peccatum quippe ex uoluntate corruens. quia fructum oboedientiae ferre noluit. statum rectitudinis amisit: quae addi similitudinem condita dum in sua dignitate non perstitit. quod plantata uel creata fuerat. seruare contempsit. Tertio dominus uinea ad ficulneam uenit. quia naturam generis humani. ante legem. sub lege. sub gratia. expectando. ammonendo. uisitando requisit. Dixit ad cultorem uinea. Ecce anni tres sunt ex quo ueni. fructum quaerens in ficulnea hac. & non inueni. Venit ante legem. quia per naturalem intellectum. quid unus quisq; exemplo sui. qualiter erga proximum agere debuit. innotuit. Venit in lege. quia precipiendo docuit. Venit post legem per gratiam. quia pietatis suae praesentiam exhibendo monstrauit.

Sed tamen in tribus annis fructum se non inuenisse conquiratur. quia quorundam prauiorum mentes. nec inspirata lex naturalis corrigit. nec praeccepta erudiunt. nec incarnationis eius miracula conuertunt. Qui uero per cultorem

ficulneae. nisi prae positorum  
ordo exprimitur. quidam pro  
sunt ecclesiae. nimirum domi  
nicae uineae curam gerunt.  
**H**uius enim uineae primus cul  
tor petrus apostolus extitit.  
**H**unc nos indigni sequi mur in  
quantum proeruditione uestra  
docendo. deprecando. incre  
pando laboramus. **S**ed cum  
magno iam timore audien  
dum est. quod cultori uineae  
de infructuosa arbore dicitur.  
**S**uccide eam. ut quid & iam  
terram occupat. **V**nus quisque  
iuxta modum suam inquan  
tum locum uitae praesentis  
tenet. si fructum bonae ope  
rationis non exhibet. uelut in  
fructuosa arbor terram occu  
pat. quia in eo loco in quo ipse  
est. & alius operandi occasio  
nem negat. **S**ed in hoc sae  
culo potens quilibet si fruc  
tum non habet bonae operati  
onis. etiam impedimentum  
prestare ceteris. **Q**uia qui  
cumque sub ipso sunt. exemplo  
prauitatis illius quasi umbra  
peruersitatis eius premuntur.  
**S**tat de super arbor infructuo  
sa. & subter terra sterilis iacet.  
**I**nfructuosae arboris de super  
umbra densatur. & solis radius

ad terram descendere nequa  
quam permittitur. quia dum  
subiecti quilibet. patrum  
peruersi. peruersa exempla  
conspiciunt. ipsi quoque in  
fructuosi remanentes. uerita  
tis lumine priuantur. & praesi  
umbra. calorem solis non acci  
piunt. quia inde remanent  
ad frigidum. unde in hoc saeculo  
male proteguntur. **S**ed de hoc  
peruerso quolibet & potente.  
pene iam requisitio domini non est.  
**P**ostquam enim se perdidit. quaer  
endum solum modo est cur  
& alios premit. **V**nde bene  
eius de uineae dominus dicit. ut  
quid etiam terram occupat.  
**T**erram quippe occupat. qui men  
tes alienas grauatur. **T**erram  
occupat. qui locum quem tenet.  
in bonis operibus non exercet.  
sed tamen nostrum est pro tali  
bus deprecari. **N**am cultor  
uineae. quid dicat. audiamus.  
**O**ne. dimitte illam. & hoc anno.  
usque dum fodiam circa illam.  
**Q**uid est circa ficulneam fodere.  
nisi infructuosas mentes incre  
pare. **O**mnis quippe fossa  
inimico est. **E**t nimirum incre  
patio. dum mentem sibi demon  
strat. humiliat. **Q**uotiens  
ergo de peccato suo aliquem

corripimus. quasi exculturae debito. circa instructuosam arborem fodimus. Post fositionem uero. quid dicatur audiamus. Et mittam cofinum stercoris. Quid est cofinus stercoris. nisi memoria peccatorum. Peccata & enim carnis. stercora uocantur.

Vnde & prophetam dicitur. Conputruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo conputrescere est. carnales quosq; in fetore luxorie uitam finire. Nos itaque quotiens carnalem mentem desuis peccatis increpamus. quotiens ad eius memoriam uitia ante acta reducimus. quasi instructuose arbori cofinum stercoris uersamus. ut in celorum quae egit recolat. & ad conpunctionis gratiam. quasi de fetore pinguescat. Mititur ergo cofinus stercoris ad radicem arboris. quando prauitatis suae conscientia tangitur memoria cogitationis. Cumq; se per paenitentiam ad lameta mens excitat. cumq; ad bonae operationis gratiam reformat. quasi per tactum stercoris redit ad fecunditatem operis. radix cordis. Plangit quod fecisse

se meminit. displicet sibi qualem fuisse se recolit. intentio nem contra se dirigit. atq; ad meliora animum accendit.

Ex fetore igitur ad fructum reuiuiscit arbor. quia de consideratione peccati. ad bona se opera resuscitat animum.

Et sunt pleriq; qui increpationes audiunt. & tamen ad paenitentiam redire contemnunt. & infructuosi dō in hoc saeculo uirides stant. Sed audiamus quid ficulneae cultor adiungat. Siquidem fecerit fructum. sin autem in futuro succides eam. Quia profecto qui hic non uult ad fecunditatem pinguescere. per increpationem illic cadit. unde iam surgere per paenitentiam non ual&. & in futuro succidetur. quamuis hic sine fructu uiridis stare uideatur.

Erat autem docens in synagoga sabbatis. Et ecce mulier quae habebat spm infirmitatis annis decem & octo.

Paulo ante iam diximus quia hoc trinuis aduentus dñi ad instructuosam ficulneam. quod decem & octo annorum numerus ad curuam mulierem signat. Sexto enim die homo

factus est. atq; eodem sexto die. opera dñi cuncta perfecta sunt. Senarius autem numerus in trigonum ductus. decem & octo facit. Quia ergo homo qui sexto die factus est. perfecta opera habere noluit. sed ante legem. sub lege. atque in exordio inchoantis gratiae infirmus extitit. decem & octo annis mulier curua fuit. Et erat inclinata. nec omnino poterat sursum respicere. Omnis peccator terrena cogitans. caelestia non requirens. sursum respicere non ual&. Quia dum desideria inferiora sequitur. a mentis suae rectitudine curuatur. & hoc semper uid& quod sine intermissione cogitat. Ad corda uestra carissimi fratres redite. quid horis omnibus in cogitationibus uestris uoluatis aspiciere. Alius de honoribus. alius de pecuniis. alius de praediorum ambitu cogitat. Cuncta haec in imo sunt. & quando mentalibus implicatur. ab statu sui rectitudine flectitur. Et quia ad caeleste desiderium non adsurgit. quasi mulier inclinata sursum respicere nequaquam potest. Sequit̃.

Hanc cum uider& ih̃s. uocauit ad se & ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. & inposita illi manum & confestim erecta est. Vocauit & erexit. quia inluminauit & adiuuit. Vocat sed non erigit. quando quidem per eius gratiam inluminamur. sed exigentibus nostris meritis. adiuuari non possumus. Plerumq; enim uidemus quae agenda sunt. sed haec opere non implemus. Nitimur. & infirmamur. Mentis iudicium rectitudinem conspicit. sed ad hanc operis fortitudo succumbit. Quam nimirum iam de poena peccati est. ut ex dono quidem possit bonum conspici. sed tamen ab eo quod aspicitur. contingat per meritum repelli. Vitata & enim culpa obligat mentem. ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem. Conatur. & labitur. quia ubi sponte diu perstitit. ibi & cum noluerit coactus cadit. Bene de hac nostra incuruatione. ex t̃ po humani generis per psalmistam dicitur. Incuruatus sum. & humiliatus sum usq; quaq;. Contemplatus quippe quod ad supernam lucem intuendam homo conditus fuerat. sed peccatis exigen

tibus foras missus. mentis suae  
tenebras portat. superna non  
appetit. in infimis intendit.  
caelestia nequaquam desiderat.  
terrena semper in animo uersat.  
& hoc quod desuo genere doluit.  
in se ipso exclamauit dicens.

**I**ncuruatus sum & humiliatus  
sum. usque quaque. Contempla  
tionem namque caelestium per  
dens. si sola carnis necessaria  
homo cogitare. incuruatus &  
humiliatus esset. sed tamen usque  
quaque non esset. Quis ergo  
a supernis cogitationibus non solum  
necessitas deicit. sed etiam no  
luptas illicita sternit. non solum  
incuruatus. sed usque quaque in  
curuatus est. Hinc alius pro  
pheta de immundis spiritibus  
dicit. Quidixerunt anime  
tuae. incuruare ut transeamus.  
Recta quippe stat  
anima cum superna desiderat.  
& nequaquam flectitur ad ima.  
sed maligni spiritus cum hanc  
in sua rectitudine stare conspi  
ciunt. per eam transire non pos  
sunt. Transire namque eorum  
est. immunda illi desideria  
spargere. Oicunt ergo. incur  
uare. ut transeamus. Quasi  
ipsa se ad ima appetenda non  
deicit. contra hanc illorum

peruersitas. nullatenus conua  
lescit. Et transire per eam  
nequeunt. quam contra se rigi  
dam insuperna intentione per  
timescunt. Nos ergo fratres  
carissimi. nos uiam malignis  
in nobis spiritibus damus. cum  
ad temporalia appetenda cur  
uamur. Pudeat ergo terre  
na concupiscere. & dorsamenti  
um. ascendentibus aduersarius  
praebere. Terram semper  
intuetur. quicuruus est. & quo  
praemio sit redemptus non  
meminit. quia quaerit.

cu' terrena con  
cupiscimus.

**H**inc etiam per moyses dicitur.  
ut qui gibbo praemitur. nequa  
quam ad sacerdotium proueha  
tur. & quotquot xpi sanguine  
redempti sumus. membra eiusdem  
summi sacerdotis efficimur.

**V**nde nobis & per petrum dicitur.  
**V**os autem genus electum. regale  
sacerdotium. Sed qui gibbum  
tolerat. ima semper intuetur.  
a sacerdotio ergo repellitur.

**Q**uia quisquis solis terrenis in  
tentus est. ipse sibi testis est.  
quod membrum summi sacerdo  
tis non est. Hinc rursus pisces  
qui pennulas non habent. ab  
esu fidelis populi prohibentur.

**P**isces quippe qui pennulas  
squamarum habent. dare

saltus etiam super aquas solent. 7  
Quid ergo pennatis piscibus nisi  
electae animae figurantur.  
quae profecto sole in caelestis  
ecclesiae corpus transeunt.  
quae modo uirtutum pennulis  
fultae saltis dare per caeleste  
desiderium sciunt. ut superna  
per contemplationem appe-  
tant. quamuis in seipsis ite-  
rum ex mortali carne rela-  
bantur. 7 Si ergo iam bona  
patriae caelestis agnouimus.  
dis pliceat nobis fratres caris-  
simi quod curui sumus. 7  
Ponatur ante oculos. mulier.  
curua. & arbor infructuosa.  
Reminiscamur malorum quae  
fecimus. mittamus ad radi-  
cem cordis. co finum stercoris.  
ut tunc in retributionis fruc-  
tu pinguescat. quod nobis hic  
per penitentiam ferebat. 7  
Et si uirtutum summa opera-  
ri non possumus. ipso deo nostro  
gaudet lamento. 7 Ex ipsa ei  
iustitiae inchoatione place-  
bimus. qui iniusta quae feci-  
mus. punimus. 7 Nec mora  
erit infletibus. quia tergent  
citius transeuntes lacrimas.  
gaudia mansura. 7 Per  
dominum nostrum ihesum christum qui  
uiuere & regnat cum patre

in unitate spiritus sancti deo  
per omnia saecula saeculorum. amen

**DOMINI SEQUENTI.**

**LECTIO S. I. I. S. I. C. MATH.**

**I**n illo tempore. Accesserunt ad  
ihesum sadducaei quid dicunt non  
esse resurrectionem. & interro-  
gauerunt eum dicentes. & reliqua.

**LXXXVII. SERMO VENERABILIS  
BEDAE PR. DI. HAD. EM.**

**LECTIONE. S. I. C.  
LUCAM.**



Accesserunt quidam  
sadduceorum qui  
negant esse resur-  
rectionem. Quae  
erant hereses in  
iudeis. una pha-  
risaeorum. & al-  
tera sadduce-

orum. 7 Pharisei traditionum  
& observationum quas illi de  
uterosis uocant iustitiam prae-  
ferebant. unde & diuisi uocaban-  
tur a populo. 7 Sadducaei  
autem qui interpretantur iusti.  
& ipsi uindicabant sibi quod  
non erant. prioribus & corporis  
& animae resurrectionem  
credentibus. confitentibus que  
angelos & spiritus sanctos sequentes iuxta  
acta apostolorum omnia  
denegabant. 7 Et interro-  
gauerunt eum dicentes. 7